

Franckesche Stiftungen zu Halle

Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

CAPUT IIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

quosq; Triballis, & Bulgaris, propter fidei consortium, ut res quidem in prædam vertere liceat, homines autem nec captivos facere, nec interficere extra prelii tempus. Adamus Bremensis de sancto Ansgario: Inde Hammaburg reversus de venditione Christianorum Nordalbianos correxit. meminit hujus moris & Boërius Decisione CLXXIIX. additq; servari in Francia, Anglia, Hispania, ut si captus sit Dux, Comes, Baro, is non militum sit, sed Principis bellum gerentis.

2. Qvodd autem hac in parte Christiani idem & * Mahumetistæ inter se servant. Manfit tamen etiam inter Christianos mos captos custodiendi, donec perfolutum sit pretium, cujus æstimatio in arbitrio est victoris, nisi certum aliquid convenerit. Jus autem hoc captos servandi solet concedi singulis, qviqueperunt, extra personas eximie dignitatis: in has enim reipublicæ, aut ejus capiti, jus dant plerarumq; gentium mores.

Mahumetistæ inter se servant) Chalcocondylas lib.III. Leunclavius libro III. & libro XVII. Busbequius epistola exoticarum tertia.

CAPUT IIX.

De imperio in victos.

I. Acquiri bello & imperium civile, tum ut est in rege, tum ut est in populo, & ejus acquisitionis effecta.

III. Acquiri & imperium herile in populum, qvi tum civitas esse desinit:

III. Interdum hæc misceri.

IV. Acquiri & res populi etiam incorporales, ubi tractatur questio de chirographo Thessalorum.

I. 1.

Qui sibi singulos subicere potest servitute personali, nihil mirum est, si & universos, sive illi civitas fuerint, sive civitatis pars, subicere sibi potest subiectione sive more civili, sive more herili, sive mixta. Hoc argumento quidam utitur in controversia de Olynthio apud Senecam: Servus est meus, quem ego emi belli jure. vobis, Athenienses, expedit, alioquin imperium vestrum in antiquos fines redigitur, quicquid est bello paritum. Itaq; imperia armis qværi, victoriis propagari dixit Tertullianus. Quintilianus jure belli regna, populos, fines gentium atq; urbium contineri. Alexander apud Curtium leges à victoribus dici, accipi à victis. Minio in oratione ad Romanos: Cur Syracusæ atq; in alias Sicilia Græcas urbes prætorem quotannis cum imperio & virgis & securibus mittitis? Nihil aliud profecto dicatis, quam armis superatis vos iis has leges imposuisse. Ariovistus apud Cæsarem, jus esse belli, ait, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: Item Populum Romanum victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium impo-
rare consueisse.

2. Narrat Justinus ex Trogo, qvi ante Ninum bella gesserant, non impe-

Pppp 3

Lib. I, 1.

h. L. c. IX. §.
fin. n. 1.

regula actus, car
se præterea, En
Confer. cap. 1. te.
15. h. L. c. 2. §. 10.

Apolog.

Liv. L. xxxv.

De Bello Gal-
lico I. 1.

rium sibi, sed gloriam quæ fuisse, & contentos victoria abstinnisse imperio: Ninum De Bello Jug. primum fuisse, qui fines imperii proferret, aliosq; populos bello subigeret; & ex eo id abiisse in morem. Bocchus apud Sallustium: Ob regnum tutandum arma se cepisse. nam Numidia partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli suam H. l. 3. c. 4. §. factam.

† Lib. I. c. III. Potest autem imperium victori acquiri vel tantum, * ut est in rege aut
alio imperante, & tunc in eius duntaxat ius succeditur, non ultra; vel etiam,
* ut in populo est, quo casu victor imperium habet ita, ut & alienare possit,
sicut populus poterat. Et sic factum, ut regna quædam in patrimonio essent,
diximus talibi.

† Lib. I. c. III. Ute est in rege) Alexander post pugnam ad Gaugamela rex Asiæ saluta-
 tus. Romani, quæ Syphacis fuerant sua dixere πλέμης νόμω, lege belli; Appia-
 nus Excerptis legationum X. n. 28. Legati Gotthorum apud Agathiam i. de
 Theuderico: Οδοακρον κατελὼν τὴ ἐπιπύκτιν τὴ Τύλινον (lege Σκυρίωνον) τὰ
καὶ αὐτῶν ἀπαίτῃ κατέχευε τὸ πᾶν πᾶν τῶν πόλεως θέρμῳ; Cum Odoacrum devicisset advenam
Scyrum, ejus quæ fuerant belli jure tenuit. At Hunnis dicentibus suos esse Gepi-
das, quod eorum regem cepissent, negarunt id Romani, quia Gepidæ habe-
bant principem magis, quam regem, nec in ipsius patrimonio erant; Memi-
nit Menander Protector.

† Lib. I. c. III. Ute in populo est) Persæ apud eundem Menandrum de Dārās urbis terri-
 torio: ἐπεὶ ἡ πόλις (Δάρας) αὐτοῖς τῶν δεσμῶν τῶν πόλεως ὑπεκλήθη, ὅτι δὴ
ὑποβιβάται ἀπὸ τοῦ πόλεως, ἀπὸ τοῦ πόλεως, ἀπὸ τοῦ πόλεως; Cum urbs ipsa belli jure
subjugata à se esset, rationis esse, ut & quæ sub urbe fuerant, ad se pertineant. Van-
dalis devictis volebat Belisarius etiam in Sicilia Lilybæum Romano imperio
cedere, ut quod Vandalis dedissent Gotthi. Sed ii dedisse se negabant; Pro-
copius Vandalicorum II. Henricus Friderici Barbarossæ filius capta Sicilia E-
pidamnum, Thessalonicam, aliaque à Siculis possessa sibi vindicabat. Nicetas
lib. I. de Alexio Isaaci fratre. Bajanus Avarorum Chaganus ad Imperatorem de
Sirmio: περὶ τῆς πόλεως τῆς Γηπαδίων πόλεως ἐπὶ τῆς πόλεως, αὐτῶν τῶν πόλεως
πολεμὴν ἔντων. Ad se eam urbem pertinere, ut quæ Gepidarum fuisset, qui Gepidæ vi-
cti essent à Avaris. Petrus Justiniani legatus in oratione ad Chosroem: ὁ γὰρ δε-
σπότης τῶν ἡγεμονικῶν πᾶσι δὲ τῶν πόλεως ἐπὶ τῶν πόλεως, αὐτῶν τῶν πόλεως
πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τῶν πόλεως, ὡς δὲ ὑπὸ τῶν πόλεως, αὐτῶν τῶν πόλεως
dominus est principalis, quomodo non erit & accessorius neq; enim aut Lazi aut Suani
unquam controversiam hanc movebant, non fuisse ab antiquo Lazorum Suaniæ.
Utrumque est ex Menandro Protectore. Adde quæ hoc capite, §. IV.

††

Vel etiam ut in populo) Si Grotius hic (ut quidam putant) asserat majestatem rea-
 lem competentem populo etiam in Principem, respondimus l. 1. c. 3. §. 8. n. 1. Quod si
 verò capitulationem, quam sapientius ante Regis electionem & coronationem eidem præ-
 scribunt,

6) Sic Wilhelmus Conqueror rex anglie de
ista natione anglica inter alia jam q. a exempla ining in bello Gallico Belgico ao. 16:
vidit nec etiam fuit ut non amplius lingua et in quo tractat iustitias quibus sunt sibi
anglicana sed Gallicana uteretur. p. 100. redderet: arma dare non permisit hoc facti
est hodie aliqua formata hypernaturalia in Ultrajectino; exemplum. protracto p.
datum S. Gregorius. p. 100. Dec. lib. 19. ubi garrat Strada del. i. p. 336.
e. 19. Imperator vocat.

scribunt, & fortè de regno jure belli acquisito bonis coronæ incorporando mentionem in eadem faciunt (secundum alios) hoc loco respiciat, res salva est. Quamvis posterius Grotio in præsentì paragrapho in mentem venisse ægrè credamus.

II. 1. Potest & amplius fieri, nempe ut, quæ civitas fuit civitas esse designat; sive ita, ut accessio fiat alterius civitatis, ut Romanæ provincie; sive ut nulli civitati adhareat, ut si Rex suo sumptu bellum gerens populum sibi ita subiciat, ut eum regi velit non ad populum, sed ad regentis præcipue utilitatem, quod herilis est imperii non civilis. Aristoteles I. VII. c. XIV. edit. Casaub. de Rep. εἴ τι δὲ χηρή μὴ δ' ἀέχοντι χεῖρον, ἢ δ' ἀέχοντι τῶν ἢ τῶ μὴ δεσποῦντος. Πολιτικὴ ἐν αὐτῷ Φαίδρ. τῶ δ' ἢ ἐλδοῦντος: Imperium aliud est ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus, qui regitur: hoc inter liberos locum habet, illud inter dominos & servos. Qui ergo tali tenetur imperio populus, in posterum non civitas erit, sed magna familia: Bene enim dictum ab Anaxandrida:

ὄσα ἐστὶ δούλων, ὡγαθ' ἰδοῦναι πόλιν,

Vir bone, servorum nulla est inquam civitas.

2. Et Tacitus hæc inter se sic opponit: non dominationem & servos, sed re-
torem & cives cogitaret, clementiamq; ac justitiam quanto ignara barbaris, tanto
tolerantiora capefferet. De Agesilao Xenophon: ὁποῦτος ἢ πόλεις προσοικίζοντο, ἀφαιρῶν αὐτῶν, ὅτε δούλοι δεσπότης ὑπάρτετο, προσέτατ' ἐν ὅτε ἐλδοῦντος ὄρχησι περὶ ὄντων: quascunq; civitates in suam redigebat potestatem, hæc
immunes habens ab his, quæ servi dominis præstant, ea tantum imperabat, in quæ
liberi homines rectoribus parent.

III. Atque hinc intelligi potest, quale sit mixtum illud imperium, quod dixi ex civili & herili, nempe ubi servitius miscetur cum aliqua personali liberitate. Sic populis legimus arma adempta, imperatum, ne ferri quid haberent extra, quam ad agriculturam; alios coactos sermonem & vitæ genus mutare.

IV. 1. Sicut autem res, quæ singulorum fuerant, jure belli iis acquiruntur, qui eos sibi subiciunt, sic & res universitatis eorum fiunt, qui sibi subiciunt universitatem si ipsi velint. Nam quod de deditis dixit Livius, * ubi omnia ei, † qui armis plus potest dedita sunt, quæ ex iis habere victor, quibus mul-
tari eos velit, ipsius jure atq; arbitrium est: idem in bello solenni victis locum
habet. Nam deditio sponte permittit, quod aliqui vis esset ereptura. Sca-
ptius apud Livium: Agrum, de quo ambigitur finium Coriolanorum fuisse, captis
que Coriolis jure belli publicum populi Romani factum. Annibal in oratione
ad milites apud eundem: quicquid Romani tot triumphis partum congestumque
possident, id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est. Antiochus apud
eundem; quo victo cum omnia, quæ illius fuissent jure belli Seleuci facta sint, ex-
istimare sue ditionis esse. Ita Pompejus, quæ Mithridates bello capto imperio
suo adjecerat, populi Romani fecit.

Ubi omnia ei, qui armis plus potest dedita sunt) Adde Polybii hæc Excerpto

L. I. c. III. §.

II. n. 17.

L. 3. c. 20. §. 6.

despotæ ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

regis ut jure

cerpto legationum 142. οἱ δίδόντες αὐτὰς εἰς τὴν ῥωμαίων ὑπεροπλίαν, διδόντες
 πρῶτον μὲν χάραν τῶν ὑπάρχουσιν αὐτοῖς καὶ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. σὺν δὲ τὰς
 τοῖς αὐτοῖς καὶ γυναῖκας τὰς ὑπάρχουσας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν, ἀπαντὰς
 ὁμοίως πύργους, λιμένας, ἱερὰ. τοὺς συλλεβδῶν, ὥς πάντων εἶναι κυρίας ῥο-
 μαίαις αὐτὰς ἢ τὰς δίδοντας ἀπλῶς μηκέτι μηδενός. *Qui se dedunt in Romanorum
 potestatem, u dant primum regionem, quæ ipsorum fuit, & quæ in ea regione sunt
 urbes: viros præterea omnes ac fæminas, qui aut in regione aut in urbibus sunt. In-
 super flumina omnia, portus, sacra religiosa uniuersim omnia, ita ut omnium do-
 mini sint Romani, ipsi autem, qui se dediderunt plane rei nullius. Vide quæ modo
 dicta c. VII. §. 4. Justinus lib. XXXV. de Judæis loquens: Postea cum ipsis Per-
 sis in ditionem Alexandri Magni venerent.*

2. Ergo & incorporalia jura, quæ universitatis fuerant, fient victoris,
quatenus velit. Sic Albâ victâ, quæ Albanorum jura fuerant, sibi vindicarunt
 Romani. Unde sequitur, omnino liberatos Thessalos obligatione centum-
 talentorum, quam summam, cum ipsi Thebanis deberent, Alexander Ma-
 gnus, Thebarum dominus factus, jure victoriæ ipsis donaverat: neque verum,
 quod pro Thebanis apud Quintilianum adfertur, id demum victoris esse, quod
 ipse teneat: jus quod sit incorporale apprehendi manu non posse: aliam con-
 ditionem esse hæredis, aliam victoris, quia ad illum jus, ad hunc res transeat.
*Nam qui dominus est personarum, idem & rerum est, & juris omnis, quod
 personis competit. Qui possidetur, non possidet sibi, nec in potestate habet,
 qui non est sui potestatis.*

†††

Jure victoria ipsis donaverat,) Quidam statuunt non deesse etiam rationes pro
 Thebanis contra Thessalos; sed easdem ferè proferunt, quas Grotius contra Quintilia-
 num defendit. Primò enim dicunt, jus belli in iis, quæ in judicium trahuntur, nihil vale-
 re. At hic committitur petitio principii, & probari assertio a dissentientibus debet. E-
 jusdem farinae est, quod secundo urgent; quod ab Alexandro donatum est, tale fuisse, quod
 à victore non potuit donari; (Id enim victoris est, quod apprehendit & tenet, jus autem
 fuit in tabulis, quod incorporale est, nec manu prehendi potest: (ad hæredem quidem jus
 transire, sed ad victorem tantum res & corpora. Veruntamen & jam præsupponunt tan-
 quam vera, quæ nos negamus tamdiu, quamdiu adversarii in probando deficiunt. Melius
 cum Grotio consentit *Dn. Pufendorff. in Element. 1. p. univ. lib. 1. defin. 12. §. 50. &
 in Tract. de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 6. §. 23. add. Dissert. de Possim. §. 11. Dn.
 Stranch. Ex. ad Pand. 12. aph. 5.*

3. Imo etiam si quis populo victo jus civitatis relinquat, potest quædam,
quæ civitatis fuerant, sibi sumere. In ipsius enim arbitrio est, quem velit esse
 sui beneficii modum. Imitatus fuit factum Alexandri Cæsar, donato Dyrra-
 chinis ære alieno, quod nescio, cui adversarum partium debuerant. Sed hic
 obijci poterat, bellum Cæsaris * non ex eo esse genere, de quo jus hoc gentium
 constitutum est.

Non

[illegible]

Non ex eo esse genere, de quo jus gentium constitutum est) Antonius Tyrios iussit reddere, quæ Judæorum tenebant à Senatu non concessa & ante Cassii bellum possessa; memorat Josephus. Vide & Bizarum Genuensis historix libro X.

CAPUT IX.

De postliminio.

I. Origo vocis postliminii.

II. Quibus in locis postliminium sit.

III. Postliminio quædam reverti, quædam recipi.

IV. Jus postliminii esse in pace & in bello, & quid si nihil in pace dictum sit?

V. Liber homo bello manente quando postliminio redeat:

VI. Quæ jura recipiat, quæ non recipiat.

VII. Jura & in ipsum restitui.

VIII. Cur qui se dedunt jus postliminii non habeant.

IX. Populus quando postliminii jus habeat.

X. Quæ in his, qui postliminio redeunt, sint juris civilis.

XI. Servi postliminio quomodo recipiantur, etiam transfuge: quomodo quæ redempti sunt.

XII. An subditi postliminio recipiantur.

XIII. Agros postliminio recipi.

XIV. Circa res mobiles, quod discrimen olim observatum.

XV. Quid circa res mobiles hodie juris?

XVI. Quæ res recipiantur, ita ut postliminio non egeant.

XVII. Mutationes ex lege civili, quoad subditos suos.

XVIII. Postliminium quomodo observatum inter eos, qui hostes erant:

XIX. Quando id hodieque locum habere possit.

I. I.

Sicut de his, quæ ex hostibus capiuntur, ita & de postliminii jure nihil ferme sani prodiderunt hi, qui retroactis seculis juris cognitionem professi sunt. Accuratus hæc res à veteribus Romanis tractata est, sed sæpe confuse nimis, ita ut, quæ juris gentium, quæq; civilis Romani esse vellent, lector nequiret distingvere.

†††

De Postliminii jure) Duplicem de hoc conscribi curavimus Dissertationem, unam sub Tit. de Postliminio, alteram sub Rubr. Sicilicet. Post. lim. ubi uberius mentem Autoris & nostram explicuimus; quare ad easdem L. B. remittimus.

2. De voce postliminii rejicienda Servii sententia, qui partem ejus posteriorem productionem putat esse verbi sine significato: sequendus Scævola, qui junctum docebat esse verbum à *post, quod reditum notat, & limine. Cicero Top. Nam limen & limes exitu & flexionis modo differunt, cum alioqui origine & ibidem Boet. gine (veniunt enim *ab antiqua voce limo, quæ transversum significat) & prius. primitiva notione idem sint, sicut materia & materies, pavus & pavo, *contagio & contages, cucumis & cucumer, quanquam usu seriore factum est, ut

Q 999

limen